





Legenda sanctissime  
matrone anne ge-  
nitricis virgins ma-  
rie matris: et ihesu  
cristi anime.

*Sum ex libris Cytia  
B. M. V. Halberstaden.*

*P. 4 16*

*Theologie*

*N. V. 94 435*


Anna suos prosperat cultores iuuat et consolatur  
Annam quisquis amat felicia tempora habebit  
Et modo succedant fata fecunda sibi  
Si hanc in temporibus aduersis atq; secundis  
Pulsas cum precibus. mox tibi gestat opem  
Nam quicumq; sua quassatur mente dolore  
Hanc vocet. inanes non sinit esse preces  
Nec lux post tenebras. nostre via prima salutis  
Que facit in portum vt naufraga puppis eat  
Anna suos tristes famulos non sinit abire  
Verum consolatur vndiq; mente pia  
Hanc rogo continuis cole laudibus et venerare  
Crede tibi dignas pensitat illa vices.

Oratio ad sanctam Annam:

Aue domina sanctissima Anna deo dignissima. que clara inter  
aurea. celorum splendes sydera. Tu prece tua inclita nostra  
abluere crimina. Et pro nobis pasce gaudia tecum in celesti glo-  
ria. V. Ora p nobis beata Anna mundemur ab omnibus ma-  
lis in hac vita

Oratio.

Deus qui beatam Annam diu sterilem. prole voluisti gloriosa  
et humano generi salutifera fecundari. da quesumus vt om-  
nes qui in terra matrem ⁊ filiam venerantur vtriusq; pntia in  
hora mortis gaudere mereantur. Per xpm dnm nostrum.



457

**Incipit prefatio in legēdā sc̄tissi-  
me matrone Anne genitric̄ vir-  
gin̄ Marie m̄ris. ⁊ ih̄u xp̄i auie.**

**A**na matrona beatissima. regalis plantula ex stirpe  
Davidica cr̄sti ih̄u inclita d̄na seu venerabilis auia  
materq; dei genitric̄ Marie illibate. p̄cipua reuerē-  
tia dignissima. christicolis vniuersis indefessa lau-  
de venit recolenda. Si q̄ppe psalmiāpha monitiōe  
laudand⁹ sit d̄ns in sc̄tis suis. q̄tomagis ī sc̄tissimis suis parē-  
tib⁹ nec dubiū arbor honorāda p̄dicat̄ cui⁹ fruct⁹ suavis viui-  
ficatiuus et necessarius honorifico cultu acceptatur. Ut igitur  
in lucē p̄deat qd̄ ignorat̄. nec latere deceat multis p̄futurum.  
Hinc inclinatus ego de obseruātia minorū minim⁹ amore tri-  
um arborū Anne Marie benedicte. atq; fructus ih̄esu prolis  
diuine. de remuneratione salubri p̄suis. quāq; a nōnullis etiā  
desup amoroze pulsat⁹. q; vtcunq; ex diuersis veritati p̄sonum  
laboriose licz nō infructuose cōperi in vnū simpliciter redigere  
curavi. Precor ergo legentē et audientē ea q̄ sequunt̄ vt amor  
ferueat. labor p̄ficiat. et ad Annā sanctissimā deuotio succres-  
cat. ne. nō ad germana sua celicola nō minoranda dilectio mas-  
descat. Quaten⁹ horū muniti p̄sidijs. mereamur perhenni gl̄ia  
cū ip̄is p̄frui in celis. Quapropt̄ ne inconfuse sed distincte pro-  
cessus fiat. ac p̄fectius qd̄ sequitur perlectū memorie cōmende-  
tur. nec lectori fastidium genere. p̄ capla censui corā fretus au-  
p̄ilio p̄sequendū quozū cultū toti mūdo p̄nti legenda cōcupis-  
co dilatandū. Primum capitulū est de parentela sancte An-  
ne et parentibus eius. de genelogia et posteritate sororis eius  
Esmerie. quarum mater Emerentia. pater vero Stollanus.

Scdm̄ capitulū est de laudabili p̄uersatiōe sc̄tē Anne in iu-  
uētute. et quō m̄rimonialiter p̄iūcta est viro Joachim ⁊ quō vi-  
rerūt in matrimonio. Tertū cap. est quō oblatio Joachim  
in templo fuit reprobata. et de vtriusq; tristitia et frequētatiōe  
ac angelica securatiōe de nascitura filia. Quartū capitulum.  
Quare Anna tot annis infecunda pm̄aserit. et quō simul cōue-  
nerūt scdm̄ dictū angelicū iuxta auream portam in Hierusalē  
et oblatio ei⁹ accepta fuerat. Quintū caplm̄. Quō Anna cō-

cepit mariam peperit et educauit. in templo presentauit et de  
morte Iochim. Sextū capitulum. Quō anna viduata. am-  
monitione angelica tradita est sc̄do viro. cuius nomen Cleo-  
phas frater ioseph nutricij dñi. de quo etiā cōcepit mariā ma-  
trē triū apostolorū et vnius discipuli dñi. et de morte cleophe.

Septimum capitulū. quō tertio viro tradita est Salome. ex  
quo terciā mariā peperit matrē duozū apostolorum Jacobi et  
iobānis. et quō filias docuerat et de morte Salome. etiam q̄  
die nata sit virginis marie puerpera. et quo die mortua.

Octauū capitulū. Quaten⁹ nō absurdū erat etiā verecundū ter-  
tio nubere. et de quadā virgine. que iccirco mirabilē visionem  
vidit. anteq̄ visa noluit beate Anne seruire in deuotione.

Nonū ca. de quodā procopio doctissimo. postmodū heremita  
btē Anne deuote ⁊ archiepo pragensi qui valde p̄dicauit sc̄as  
Annā venerandā atqz eius festū celebrandū. Decimū capi.

de quodam p̄digo adolescēte qui per ammonitiōē btī Jaco-  
bi. btē Anne deuote seruiuit. circa quē meritis Anne mira con-  
tigerūt. et de eius cult⁹ ampliatiōe. Undecimū ca. De quo

dam ep̄o in anglia. impedire volenti cultū sc̄e Anne et mira-  
biliter plagato. et quō deuoto maior ad eius solennitatem et  
honorē succreuit. Duodecimū ca. De duobus btē Anne de

notis quib⁹ semetip̄am in visione p̄ntauit. et de hijs. que eas  
p̄ sua veneratione ac remuneratiōe docuerat. Tertūdecimū

ca. Quō manifestauit se duob⁹ sibi deuotis videlicet vni here-  
mite et cuidā clerico. et de magnificis circa eosdē per eā erbi-  
bitis. Quartūdecimū ca. et sequētia de miraculis qb⁹ cho-  
ruscat nec choruscare desinit. et p̄mo de naufragis liberatis et

vidua paupercula in porco consulata. Quintūdecimū ca. de  
muliere multū infirma p̄ ip̄am inuocata curata. ⁊ imagine sibi  
facta. et de quadā pestilentia subito corā ymagine sua liberata  
et suspicata. Sextūdecimū. de margaretha quadā religiosa

btā Anne et Iochim deuota. et ab eis docta. cui mirabiliter  
btē Anna affuit in morte. et de quodā febricitante morti vicino  
curato. Septimūdecimū. et vltimum capitulū de digito sc̄e

Anne in Colonia agrippina et miraculis et osculatiōe eiusdez  
et quō pseueratib⁹ in suo seruitio diligenter assuit. ⁊ resiliētib⁹  
aut tepescētib⁹ nō ampli⁹ succurrit. et sic erplicit p̄fatio. Inci-

pit legenda sc̄e Anne matris virginisqz Marie. De parēte  
la sc̄e Anne et parentibus eius de geneologia et posteritate so-

rozis eius Emerie.

Capitulum primū.

**I**n iudea ciuitate bethleem. v. scribit sc̄tus Cyrillus epi  
scopus Hierosolimitanus. in concilio Ephesino se p̄fite  
catholice celebrato quēadmodū etiā ex diuersis in vnū cronis  
colligit. erat virgo quedā genere nobilis de domo dauid.  
etate iuuenis. an̄o senilis. sed virtute quidē morum longe pre  
stantior. Emerentia nomie. deo deuota. in legis diuine medita  
tione sedula. in om̄i cōuersatione tota pudica. Que mirū immo  
dū. lege tñ diuina nō contradicente. concupiuit coniūgiū decli  
naret in castimonia illibate carnis in dei seruitio semp viue  
re maxime tamen in prophetis legerat. saluatorem mundi. de  
virgine nasciturū. Ne igitur ex consodalium mundanarū con  
uersatione labem aliquā. aut ex contagiosa lasciuia maculā cō  
traheret. seculū fugitare studuit. Hinc est vt spiritus sancti du  
cta gracia. fratres deuotos oportuno tpe. atq; pphetarum fi  
lios in monte carmeli vitam celibem agitantes interdū acces  
sit. A quibus nō solum prophetarū profundas scripturas di  
dicit. verū et vite sue saluberrima monita suscepit. Absq; enī  
illozū maturo consilio. virginitatis statum nullo pacto muta  
re decreuit. Postq; vero iam annos pubertatis attigisset nu  
bilis fatta. parentes sc̄dm legem mosaycam. eam nuptui trade  
re proposuerunt Dum aut eadem iterum atq; iterū verba sup  
desponsatione facerent. tacite cum virginali cōtū potuit ve  
recundia nō auscultauit. verum ipsis in sua opinione perseue  
rantibus. eam crebrius desup molestarūt. Quid vero ageret p  
plera. deliberationis indicijs acceptis. ad fratres deuotos in  
monte carmeli celeriter clam se contulit. Quibus archana men  
tis sue dedit de castitate perpetuo seruanda. sed in cōtrarium  
parentū suorum voluntatem. se viro sc̄dm legem nuptū ire pre  
cipientium cepit detegere. Hinc sibi tremula suspiria. dolorosa  
lamenta. cordisq; sui nimīā anxietatē innasci querebat. Quam  
obrem cū timore ⁊ reuerentia. sup agendis vtram eligeret par  
tem dei voluntatē. fratrū agnoscere precibus. humiliterhorta  
batur. fratres autē his auditis primū stupefacti. quoniam res  
ipsa licet pij propositi. tñ inaudita. et lege mosaica contraria  
decreuerūt vtrā partiū eligi deberet. vigilijs. precibusq; atq; ie  
iunijs voluntatē dei p̄sulendā esse. Que dū vna cū Emerentia  
triduo in feruore sp̄s agerent. contigit tribus ex fratribus vi  
sionē mirabilem memoriaq; perpetua celebrē diuinitus manū

*Emerentia*

*precibus et ieiunijs*

A iij

*visio arboris*

*Explicatio  
arboris*

festinare. Conuenientibus igitur post triduanas deuotiones  
perscrutantib⁹ si misericordiā dei cupiā suā voluntatē sup hac  
re dignata fuisset patefacere. Rūdens vn⁹ dignitate prestāci⁹  
deuoci⁹ oꝛone. senior etate. Vidi inquit qualibet hāz noctiū  
post oꝛones ad deū fūsas. mire pulchritudinis arbozem valde  
singularē. multozū romanozū fecunditate perlustrē. Sup quē  
rationē vnū. ceterū venustate precellētē. contēplatussum flozem  
aspectui meo delectabilissimum et amenissimū. Cui fructum in  
clusum cōsperi suauissimū ei. sup oēs mūdi fruct⁹ acceptissimū  
sed hec visio qd nobis presagiat non facile dicā. Ceteri duo cū  
similē visionē se cōsperisse dicerent. post initu consiliū iterū de  
uotis precib⁹ ad deū ardentē profusis. audire vocē e celo me  
ruerunt altissimo prestāte dicētē. Arbor q̄ ostensa est visu pul  
cerrima. nitidā figurat Emerētie virginis puritatem atq; ipi  
us sanctū propositū ad dei semp relatu signat voluntatem qd  
psacrū cōiugiū diuina pietas decreuit cōsumādū. Ramus autē  
ille plustri⁹ ceterū. filiā fecit ab ea nasciturā Annā nomie. de  
qua flos pducetur grā plena virgo maria. in eternum ilibata  
permansura. Ex floze vero virgine Maria fruct⁹ ille suauissi  
mus in lucem prodibit dei filius et saluator totius humani ge  
neris. De quo scriptum est Sustate ⁊ videte quoniā suavis est  
dominus. Alij autem rami eiusdem arboris cum frondibus et  
fructibus sanctam ex se posteritatē atq; sobolem toti mundo  
profuturū insinuāt. Quibus per ordinē sic intellectus. Emerē  
tia virgo non ambiciosa facta. non dubia nec incredula sed cō  
ferens hec in corde suo. deuotius ad parentes suos est reuer  
sa. Quibus de eius absentia placatis. templum dei quortidie  
frequentabat. et oculis in celū leuatis. dominum deum suum  
vnde sibi sperabat auxilium. ex animo rogabat obsecrans. vt  
nulli viro. nisi ex toto corde deum timentī. preceptis domini  
in omnibus obtemperanti. et sobolem in laudem dei potenti  
salubriter nubat. Emerentia vero quoniam eleganti corpore  
venusta facie. nobili genere fuit pudica. pia benigna omni bo  
nitate conspicua. et in vniuersa morū honestate adeo p̄clara. vt  
illa sua amplitudine in eius gratiam omnes conciliabat. Hinc  
est q̄ a pluribus optata esset. et in cōiugē postulata. Sed quo  
niam sese ab eis concupisci. magis carnalis delectationis. q̄  
cum dei timore casti cōiugij gratia in spiritu didicit. omnes et  
singulos tanq; viros. spurcissimos. castissimo coniugio indi



gnos abdicauit Quemadmodum in Thobia legitur de Sara  
illa sancta. cuius septem viros. qui eam sine timore dei polluto  
tactu contingere volebant. mox q̄ primū ingressi sunt. demon  
Asmodeus intremittit vt sancti generis Thobie iuniori deum  
timenti reseruaretur. et per sanctum angelum Raphaelē de  
sponsaretur. Multo igitur magis per spiritum sanctum a vis  
ris impuris. deum non timentibus custodiri debuit Emerens  
tia. Ex qua tanq̄ ex matre proxima nascitura erant tam sanc  
cta plantarū. Et ex qua sicuti ab auia vel ab abauia. originē du  
cerent. tam viuifica salutaria et a cunctis mortalibus germina  
saluberrima. Sex igitur viris ab Emerentia sancti spiritus  
instinctu recusatis. Septimo cuius nomen Stollanus erat de  
genere David viro iusto. timorato. in obseruatione legis stren  
nuo. coniuncta est matrimonio Idū duo multum vnanimes in  
timore dei vitam agebant. domo preces deuotas accumula  
bant. elemosinas pauperibus erogabant. visitabant templum  
dei statutis festiuitatibus. providebant ministris eius vt pro  
se deum precarentur de suis facultatibus. Tandem diuina be  
nignitate visionis prefate veritatem in actum ducere volente  
Non longa est post tempora deo supplex Emerentia grauis  
da facta. peperit filiā primogenitam. in tertia feria ebdomas  
de. quā appellauit Annam nomine. post Annam vero certis  
mensib<sup>9</sup> effluxis alteram peperit quam nominari fecit. Esme  
riam. commendabilium fructuum plantulam venerandam.  
Nec quidem Esmeria dei ordinatione et legis obligatione.  
generis sui viro spectabili. cuius nomen Asra. nupta est. Que  
primogenitam suam peperit Elyzabet postea Zacharie cons  
iugem. et Iohannis baptiste genitricem. Dehinc filium genuit  
Eliud qui coniunctus erat illi preclare que vidua describes  
batur. Luce. vij. Cuius filius adolescens defunctus erat in por  
ta ciuitatis Maym. Erat apostolorū Petri et Andree consau  
guinea de Bethsaida Nec vero suo Eliud fratri Elyzabeth  
duos peperit filios Marcialē et Eminem. Iste Marcialis  
primogenitos cum mortuus esset. resuscitatus est a domino  
matri restitutus. que ipsum tenerrime diligebat. qua gratia  
mater domino multo familiarior efficiebatur. et apostolis  
eius consanguinitatis iure multum efficiebatur. et ideo neces  
sitatibus domini atq; discipulorum eius de temporalibus sus  
is per filium magis sollicite. provide curauit. Quod patet

*Sex viros Emerentia  
recusauit:  
Stollano coniuncta*

*5 Anna genita*

*Esmeria genita*

*Elyzabet genita  
coniux Zacharie*

*Ille Marcialis  
filius vidue quoniam  
d. Iesus a morte  
resuscitatus est  
matri dedit Luc. 7*

de quinque panibus ordeactis et duobus piscibus per Andream  
domino oblatis. tamquam per consanguineum matris inedia pvide delatis  
et similibus. Quamobrem hanc matrem vulgari nomine discipuli sua  
affirmabant. et filium eius Marcialem hunc maternum quasi ma-  
tris filium peculiari nomine appellabant. hic autem idem est  
qui missus est a beato Petro subdiaconus cum Eucharis ex sep-  
tuaginta duobus discipulis christi una iam a beato Petro apo-  
stolo in episcopum ordinato. et Valerio dyacono intra fines almanie  
et in via defunctus et miraculose rediit iuuvis iam secundo et in anti-  
stitem sublimatus treuerorum. tungrorum atque coloniensi-  
um presperrime rerit ecclesias. frater autem eius Eminem defuncto patre pere-  
grinatus est iuuenis usque ad armeniam. et ibidem perseverans non  
reversus. circa senium coniunctus honeste puella Memelie ge-  
neravit ex ea filium servacium maxime postea virum sanctitatis  
in Tungrorum antistitem celebriter exaltatum. Cuius reliquie  
coluntur. et in magna populorum frequentia. visitantur variis  
peregrinationibus in urbe Traiectensi super Mosam propter mira-  
da ac ineffabilia solatia et remedia atque miracula. que meritis  
Beati servacii indices cultorum et devotis divina pietas elar-  
gitur. Mater autem iam vidua facta. et Eminem ut opinabatur  
mortuo. dicebatur adolescentis de quo supra unica et vidua.  
Ex predictis igitur manifeste patet. florida et sancta germina  
de Esmeria sorore sancte Anne prodire. quarum mater fuit ve-  
neratione digna ipsa Emerentia.

Sequitur figura de genealogia Emerentie matris et Anne filie.

Esmeriam que ex viro Asra peperit  
Emerentia ex Stollano duas ples. primo peperit Elizabeth filiam  
duas peperit filias scilicet que ex zacharia genuit iohannem baptista  
Secundo Eliud filium que ex uxore sua ge-  
nuit duos filios. primo genuit Marciale episcopum alio nomine mater-  
num Treuerorum Tungrorumque ecclesias regentem. Secundo genuit fratrem  
illi Eminem que. Servacium genuit ex uxore Memelia Tungro-  
rum episcopus. Annam cuius tres erant viri Joachim cleopha et salome  
que et tres genuit Marias. Prima Maria quam Anna ex Jo-  
achim patre peperit ex spiritu sancto genuit christum. Secunda ma-  
ria quam Anna ex Cleopha patre peperit. ex Alpheo genuit fi-  
lios quattuor Joachim minorem Symonem Judam et Jo-  
seph iustum. Tercia Maria quam ex Salome prope Anna peperit ge-  
nuit ex zebedeo filius duos Jacobum maiorem et Iohannem euange-

Versus. Anna solet dici tres concepisse marias.

Quas genere viri Joachim cleophas salomeqz.

Mas duxere viri ioseph. alphas. zebedeus.

Prima parit cristum. Jacobumqz scda minorem.

Et ioseph iustu pepit. cu simoe iuda. Tertia maiore iacobuqz  
volucreeqz iohem. De laudabili puerfatōe scē ane i iuuetu  
te et quō matrimonialiter coniuncta est viro Joachim. et quō  
vixerunt in matrimonio. Capitulu scdm.

**A**нна quippe in prima etate sua nil pueriliter agebat.  
sed in via dñi et laudabili morū conuersatione pficiebat  
ip̄a nāqz sup oīa iuuetulaz lasciuas vt vyperas fugitans ma  
luit domi diuinis vacare cōtemplationib⁹. qz foris semundas  
noz cōtagiosas sociare popularibus. Hinc est q oportuna  
deuotioni atqz cōtemplationi loca atqz secreta dilexit et irre  
prehensibiliter vltra etatis sue capacitātē in obsequantia deca  
logi iuuetutis sue dies ad finē vsqz pdurit. Dum vero quintū  
decimū annū ageret. et nubilis effecta nō viri desiderio s legi  
coactione matrimonialiter viro nobili atqz iusto Joachim est  
cōiuncta. Hic enī de genere dauid annorū viginti etatē agens  
coniugiū inchoauit. nazarenus de nazareth et Anna de beth  
leem simulqz commorati sunt. in nazareth in domo Joachim  
Qui diues agrorū cultor. armentorū et pecudū locuples erat  
possessor. Vir utiqz bonus. simplex et iustus atqz timoratus  
in via dñi. aliaz rerum minime curiosus nisi de pprijs se intro  
mittebat. pacē seruauit cū om̄ibus pauperibus pius. et hys q  
deum timebant erat bñficus. De facultatibus suis. viduis or  
phanis et oībus vndecunqz fluentib⁹ egenis subuenire cona  
batur. Quanto quidē plus erogabat. et magis diuinit⁹ abun  
dabat. Sic vero adolescēs. parētū bonorū heres liber ab an  
no quintodecimo pfecit. donec Annā coniugē suspiceret. Illa  
quippe virū honorauit vt dñm et dilexit velut patrē. Ip̄e ve  
ro vicissim cōiugē veneratus est vt matrē et amore debito am  
pleratus sicuti sororē. Erantqz sibi mutuo cōsentientes hortan  
tesqz sepissime inuicē ad ea que dei sunt imitanda ac que vere  
charitatis sunt nutrienda. Nihilomin⁹ qm̄ iudicia dei abissa  
multa. hū iusti pmittēte altissimo viginti annis in coniugio trās  
gerūt velut steriles in lege p̄ceptibiles. fructū posteritatis cons  
secuti nō sunt. De q̄ gemit⁹ vberes et lamenta lachrimosa p̄tri  
stati frequentabāt corā dño. Quare nō desperantes licet pulsil

*Anna in 15 suis et hinc  
anno 1000m est  
coniuncta  
Joachim fuit 20 annos*

*Joachim anno 15 suis fuit  
fuit 20 hinc hinc  
p̄sentibus.*

*Viginti annis in con  
iugio vixit  
q̄ s̄ hinc hinc*

*Triplici via  
misericordiam  
dei implora  
uerunt*

*i Reg.*

lanimes ad deū se penitus cōuertere decreuerūt. vt vel saltem  
qd̄ hūana sterilitas cōferre phibuit diuina pcedente benigni  
tate cui nihil impossibile credit. facili<sup>9</sup> impetrarēt. Triplici qui  
dem via dei misericordiam implorare ceperūt. videlicet suis atq; de  
uotoꝝ orōnibus. elemosinis largifluis. ac votiuīs pmissioni  
bus. Douerūt nanq; cū lacrimis. si ablato sterilitatis obpro  
briō Anna fecundata cōcepit. pepitq; dñō prolē. illā in templo  
ministraturā sacrificantes offerret altissimo. sicut legit primo  
Regū. Anna aut̄ orauit ad dñm flens largiter et votū vouit  
De tpalibus vō bonis suis dñm venerati sunt vnā partē mi  
nistris templi obtulerūt. quaten<sup>9</sup> fideli<sup>9</sup> pro sese preces funde  
rent. Secundā quidē egenis. orphanis. viduis. ac peregrinis  
mendicis. Tertiā vō pticulā suis reseruabāt vsibus et familie  
cōgrue p sustentatione non tñ abunde p sectanda curiositatis  
supfluitate. Quō ablatio Joachim in templo fuit reprobata  
et de vtriusq; tristitia et sequestratione. ac angelica securatiōe  
de filia nascitura.

Capitulum tertium.

**Q**uoniam s̄m legē Moysi statutū erat iudeis deputatis se  
stuitatibus cū oblationibus se pntes exhibere in tem  
plo dñi qd̄ erat in Hierusalē. Cōtiguit aut̄ hos sc̄tōs coniuges  
pficisci in Hierusalē ad festū enceneorū vt offerret. Joachim  
aut̄ cum viris cōiucaneis suis et contribubus. Anna vero se  
orsum vt moris erat cū serū femieosibi pgnato. Usachar q̄dez  
pōtifer et scriba pgnito q̄ ioachim cū vxore tot ānis sterilitatis  
viciū ptulisset. et domū trib<sup>9</sup> sue p posteritatē non ampliassent  
cū indignatiōe ab altari repulit Joachim et victimā ei<sup>9</sup> tanq̄  
maledictā in lege dñi nullatenus deo gratā esse manifeste refu  
tauit. Quāobrē nimīū pfusus rubore Joachim atq; valde con  
tristat<sup>9</sup> abscedēs ait intra se. Nūc ergo qd̄ faciā q̄ fact<sup>9</sup> sum ob  
probriū vicinis meis valde Dñe de<sup>9</sup> me<sup>9</sup> ne derelinq; me esto  
mibi in domū refugij et libera me de vbo aspero. Mestus aut̄  
nimis egress<sup>9</sup> est tēplū. et societate dimissa pre verecūdia seorsū  
prexit occult<sup>9</sup> ad cāpestria. 7 requisit<sup>9</sup> a pastorib<sup>9</sup> gregū suorū  
cur sic inopime viueret. Rñdet consternata mente demissaq;  
facie breui s̄mone Nō ab re est. qz obliuioni datus tanq̄ mor  
tu<sup>9</sup> a corde Et illi magister. q̄re tñ faciē tuā pfusio opuit. quare  
tristis est aīa tua et vnde tibi offensio que te grauabit. vñ mo  
lestia Et ip̄e patienter inq̄t. ego em̄ ferre nō potero obprobriū  
m̄ meum. qm̄ repulla est oīo mea et vltima. Quapropter huc

veni vt leuare oculos meos in montes. vñ venire spero auxiliũ  
mibi a dño. et cū ob sterilitatē despectus sim vniuersis. clama-  
bo ad dñm in tribulatione mea nec despiciet deprecationē meā  
altissim⁹. Quā ob causam vna vobiscū ad interiora deserti gre-  
gem minatur⁹ adero. donec dei solatiũ mibi aduenisse cogno-  
uero. Anna q̄ppe in Nazaret reuersa mariti pñtiam nō inue-  
niens. sed cōfusus a pontifice intelligens. dñi vicinis reuersis  
Joachim non adesse. amare flens in aĩo multiplicauit suspiria  
et preces et multitudinē doloris. et meroris dicens. O deus  
om̄ipotēs in cui⁹ manu sunt vniuersa nonne sufficet mibi in ste-  
rilitatis obprobriũ. cōfusionis abiectio sup̄ terram. cū ex infe-  
cūditate mea maledicta sim a notis meis valde. et fructũ salu-  
tiferũ non habeā. et iam virũ meũ collis sustentamen vite mee.  
Quid tibi in me displicuit deus altissime quid me vis facere.  
cur me sterile statuisti viduare. Ecce nunc quinq; menses fere  
pretereũt. vt viri consortiũ cogor ignorare. Ipa quippe nullo  
modo cōsolari poterat. sed quotidie exiliēs circūspiciebat et  
circuibat vias om̄es per quas spes remeandi videbat. vt pcul  
videret cū si fieri posset vanientē. Mōnũq; vñ dñi in horto suo  
quondā videret auiculā p nidulo sponendo sollicitā. et in lau-  
ro passeres cū pullis in cantu iubilātes. atq; alis plaudētes. me-  
mor q; sibi daretur. adeo puidā p liberis curā gerere suspira-  
bat ingemiscens cū lachrimis ad dñm dicēs. Eya dñe memor  
esto obprobriũ mei. qđ p̄tinui in sinu meo multarum gentium.  
Tu nosti mētes hominum tibi patēt abdita cordiũ. tu seruator  
es archanozũ tũ inq; scis qz non virũ carnis amore. sed legis  
coactiōe in cōiugē accepi. solũ in tuo timore posteritatis expe-  
ctatiōe. Cur queso desolatam tue pietatis oculis non attendis  
quare me viduā facis. cur me in tribulatiōe deseris et te diligē-  
tem negligis. Respice precor deus piissime de sede maiestatis  
tue et on̄de grām misericōdie tue infinite. Onica spes in te mibi est  
In te inq; dñe speraui. nō cōfundar in eternũ in iusticia tua li-  
bera me. Inclina ad me aurē tuam. accelera vt consularis me.  
Usq; quo obliuisceris me in finē irat⁹ est furor tuos contra me  
respice ⁊ eraudi me domine deus meus. Cepit autē Joachim  
in deserto et Anna vxor eius in Nazaret cōtristari et lacrima-  
rinimis. Tamen quia non imperpetuum obliuiscitur misereri  
deus. qui non sinit iustũ derelictum. misit post quinq; menses  
celit⁹ Gabrielē archangelũ ad Joachim in desertũ. Qui totus

quinq;

*Verba Angeli  
ad Iosabab*

*Verba Angeli  
ad Annam*

choruscās ad illū inquit. **B**enedicte tu o Joachim amice dei altissime. et benedicte preces tue et gemitus. qui ascenderunt ad conspectum misericordissimi. qui auferere dignatus est obprobrium tuum. quia Anna coniunx tua pariet tibi vas electionis et decoris ab eterno a deo prouisum. filiam pre filiabus mundi gloriosam. que sancta erit et immaculata in matris utero. et futura mater emanuel. quem expectant vniuersi messyam re promissum ac redemptorem in isrl. Hoc autē veritatis habebis indicium et certitudinis signū. **N**ox cum deserta liqueris et in Hierusalē veneris. occurreret tibi vxor tua leticia plena. qd cū videris de pmissio gaudeas. quia de his que nūciaui securus eris. Angelus vero p̄tinus dimisso Joachim apud Annam p̄sens in Nazaret orantē adesse dignatus est. Illi qdē lugubri veste indute. nec in die festo cibū capienti neq; suspirijs cessanti vernula dicit. Quousq; dñā sic affligis animā tuā. quam ob rem ingemiscis neq; cibū capis. Surge inquit filia sion. induere vestimentū leticie atq; letare. qā hodie flere nō licet. magnū em̄ dies dñi est. Cui nihilomin⁹ lamentanti. nec v̄bis excitatis uis famule sue aduertenti. astitit Gabriel archangelus dicens Anna cur fles. et quare nō comedis. et quam ob causam affligis cor tuū. **N**ec fleuerit. Exaudiuit enim altissim⁹. orōnes tuas vidit lacrimas tuas. et attendit elemosinas. nouitq; obprobrium tuū. q̄ nunc tulit cōfusiōnē tuā abs te. Tu quidē ernunc fecū daberis. et sana lumen parturies mundi. gaudiū toti⁹ vniuersi ex q̄ salus generis hūani. et gloria celestis regni. **B**enedicta filia tu a dño. p̄cipies em̄ et paries filiā. cui⁹ nomē erit Maria quō sc̄tificabit tabernaculū suū altissimus. **H**ec em̄ erit illa stella oritura ex iacob. et virga dei israhel: que ex antiquis est ordinata anteq; terra fieret. **I**p̄a nanq; p̄ducet solem iusticie dei filium deū nostrū. **I**ā forti sis aīo Joachim em̄ marito tuo citi⁹ tibi occursuro icolumi ⁊ robusto occurrere **H**ec ip̄a diuinit⁹ indicauit **N**ūc tristitia vestra vertet̄ i gaudiū. qd nemo tollet a vobis ex q̄ manebit in sempiternū. Surge igit̄ et va. de in Hierusalē. ibi em̄ occurreret tibi vir tuus in aurea porta iocundus qz ablatū est obprobrium v̄m. **E**t simul descēdentibus vobis oblatione in tēplo peracta vsus nazareth. replebit̄ vterus tuus et fructus ex te nasciturus sp̄sctō replebit̄. et deo dicabit̄ **P**ost triennium aut̄ natiuitatis sue erit in templo dei altissimi

Handwritten text in a narrow column on the left edge of the page, likely bleed-through from the reverse side. The script is a historical cursive, possibly Gothic or similar, and is partially obscured by the binding and the edge of the paper.

Handwritten text in a medieval script, likely Gothic, visible on the right edge of the page. The text is partially obscured by the binding and appears to be a list or index of entries.





iuge et acceptabile sacrificium. Quo dicto archangelus euauit ab oculis eius. Deum autem iuxta angeli preconium conueniret. concepit Anna et peperit in nazaret filiam suam primogenitam nomine Mariam. et gauisi sunt amici sui et congratulabantur ei omnes cognati sui eo quod dominus ostenderet eis misericordiam suam.

Anna quare tot annis infecunda permanserit et quomodo simul conuenerunt iuxta dictum angelicum apud auream portam in Hierusalem et quomodo precepit et oblatio eorum accepta fuerat. Capitulum. iiii

**D**ominus igitur omnipotens non sine causa. fructum hunc glorio-  
sumque diem distulit. sed ut per merita suffragiorum suspiriorum  
pariter et desideriorum intensiorum optatum expectaret. expectatum  
amplius desideraret. diu desideratum feruentius amaretur  
ac maiori gratiarum actione suscipere. susceptumque in posterum deuotius  
veneraret. in anno quippe sterili verificatur quod de ~~sara~~  
~~era~~ Abrae coniuge infecunda legitur que genuit Isaac nonagena-  
ria. et quo tamen benedictio omnium gentium. Sic Rachel uxor Jacob post  
multos annos coniugii sui genuit Joseph egypti dum et salua-  
torum mundi. Quis queso fortior Sampson. sanctior Samuele  
ex Anne matre. atque testimonio euangelice veritatis inter natos  
mulierum maior baptista Iobesque tamen omnium per angelum et miraculo-  
se natiuitas annuntiata sacra testatur scriptura. Quapropter ut  
figuratum figuris se coequat. et ueritatis umbram conueniat. cum fructus  
iste desideratus et expectatus sit uirgula yesse uirgo Maria mater dei  
atque regina celi. que cunctos ineffabilis prerogatis diuinis et ex-  
cellentia prefulgeat agrue creditur et sancte trinitatis secreto consilio  
modo tardius exhibita fuisse Joachim enim nuntiatum archangeli  
creduliter necnon per sacrificia omnipotenti gratias quod totum ex deserto peco-  
ra maria reuissurum Hierusalem cum suis conatus est et ad pascua suarum  
possessionum perire. Post triginta uero dies apparitionis ange-  
lice. dum Hierusalem ingressurum appropinquaret ad portam auream. oc-  
currit ei Anna. puerum suum cum iubilo et ait. Vidua mesta sui nunc  
dei misericordia succurrente a uiduitate liberor. Que sterilis fuerat  
despecta iam honorifice fecundabor. Unicum solatium cordis mei ui-  
rum amisi. quem reuissere leta merui. Hec dies boni nuntij est. O fau-  
stus et felicis huius die. Hec dies leticie nunc tristitia mea uertetur in  
gaudium. Tantum domino deo Israel quam magnifice nobiscum egit. qui  
gloriose nos honorificare dignatus est. Joachim autem mirum in  
dum gaudium de presentia et tripudio uxoribus sue Sed gratitudinis of-  
ficium non preteriens in laude prorupit dicens. O mi deus laus israel

*Sara 90 annorum  
genuit Isaac.*

B

supra nram estimationē multū misericors. 7 piissime cōsolator  
tibi grāz iuxta ex aīo et toto corde psolnere optam⁹. q̄ dies no  
stros luctuosos. oīm lamētorū et gemitū plenus in gaudium  
ineffabile pueristi. q̄ ptēptū 7 obprobriū nostrū in honorem 7  
admirabilē exultatiōis stuporem mutasti. Quid oro tibi p̄ hīs  
tātis bñficijs retribuem⁹. Nō opis certe nostre est. sed tua iu  
uāte gratia noster ardēs oram⁹ affectus suppleat. qđ impotēs  
effect⁹ in gratiarū tuarū laudē nobis abnegat. Deinde popta  
tis diu negat⁹ fruētes colloquijs sup̄ āgelica annūciatiōe. que  
vtriusq; facta ē inuicē pferētes. sil' in dño psolati sunt. Hinc est  
qđ statutis solennitatib⁹ tēplū ingrediētes oblaturi munera. de  
cetero nūq; obprobriose repulsi sūt. s; ab oīb⁹ p̄mendati et ho  
norati in timore et gratia pficientes deū laudauerūt qui iuxta  
est omnibus inuocantibus se in veritate.

Quō Anna cōcepit 7 peperit. filiū educavit. etiā in tēplo tri  
ennē presentauit et de morte Joachim. Capitulū quītū.

**I**am preterea verificatur in eis qđ sc̄t̄s Paul⁹ ad roma  
nos scripsit. Habet⁹ inq; fructū v̄m in sc̄t̄ificatione. sinē  
v̄o vitā eternā. Et hoc q̄a Anna fecundata est p̄ nouē mensū  
curricula. cū p̄t opib⁹ bonis vocarēt in Nazareth. qđā tercia  
feria septimane salubrit̄ pepit regalē illā plātulā veri Dauidis  
an̄ sc̄la filiā p̄uisam Mariā sicut ab angelo fuerūt edocti. Ip̄a  
em̄ erat futura mūdi illuminatrix 7 dña. at; maris stella. Hanc  
v̄o filiā diuinit⁹ deuotā susceperūt amāter. nutrierunt benigne  
atq; diligēt. ac educare satagerūt religiose et prudenter. Nut  
triuit inq; mat̄ natā vberib⁹ suis. et de iusto manū suarum la  
bore sustētare curauit. Quotidie em̄ Anna ibat ad op⁹ tertri  
nū. qđ et filiā vtcūq; docuit. que suis manib⁹ etiam dei filio et  
suo tunicā incōsutilē studiosa tenuit. Post triennium aut̄ iuxta  
votū dño p̄missum et merito suandū. obtulit filiā mat̄ in tem  
plo dñi. qđ est in Hierusalē. Et dū simul ascendere cepissent. iu  
uecula futura v̄go puerpa. sine cuiusq; sustētatiōe. et ammiclo  
quindecim grad⁹ tēpli. p̄tātī gressu sine lassitudie visa est p̄scē  
dere. Quid igit̄ etiā p̄sentatiōis ei⁹ festū colendū statuit. In q̄  
qdē sc̄t̄issime mat̄ris ei⁹ Anne digni cultus memoria. nequaq; censēt  
omittēda. Maria vero recto tramite non retrospectando  
tēplū ingressa est. Quāquidē p̄ nihilo duceret regressum paren  
tū suorū et cognatorū nō infantū more impaciēter cū eiulatu s; qđ  
ad interiora se vertēs ad psodales inhabitatrices tēpli. sacer

*Cum festum p̄sentatiōis  
m̄s Marię in tēplo  
452.*

dores mirati sunt magni aliqd numinis in ea latitare arbitrati  
Ipsa aut sicut oliua frustifera in domo dñi pfecta in vtutibus ⁊  
gratia. Parētes aut ei⁹ oblatione hūilit exhibita. et a pontifice  
honorifice pmissa post laudes et grās deo persolutas. Maria  
relicta. reuersi sūt in domū suā in Nazaret. Dū vō curā deo ac  
cōciuib⁹ in oī scītati et vite pfectiōe. vtuose sine querela pface  
rēt et in via dei pmedabiliter eēt pmozati. cepit egrotare amic⁹  
dei Joachim. vir vtiq; iustus et in timore dei assidu⁹. Cōsides  
rās aut volūtate dñi de morte sibi imminente tpali resignatus  
spōtanee in man⁹ dei viui. ab Anna veneranda sua cōiuge licēs  
tiā petijt. et horā resolutiōis sui corpis adesse p̄dixit. Cūq; ago  
nizare cepisset. in celum erectis luminibus et manibus instar  
crucis ptensis. gratias egit on̄ipotēti vt potuit pro beneficijs  
diuinit⁹ acceptis. et sp̄m suū in man⁹ cōmendās altissimi. con  
sequi petijt gloriā celestis regni. Sic ergo electa ei⁹ aīa ab an  
gelis in sinū abrae. ad limbum videlicet sc̄tōz patrū cū iubilo  
est delata. In die aut ascēsiōis dñi reserato celesti regno sub  
limat⁹ est cū filie sue nato dño nostro ihu xp̄o. Sācta Anna  
quomō iam viduata ammonitione angelica tradita est sc̄do vi  
ro cui⁹ nomē Cleophas frater Joseph nutricij dñi. de q̄ etiam  
tertiā cōcepit mariā matrē trīū apostolorum. et vnius discipuli  
dñi. et de morte Cleophe.

Capitulum sextum.

**P**ostq; Joachim vir dei migravit a seculo. et in pace factus  
est locus eius Anna sancta matrōa iāvidua tritior  
effecta ac soli deo desposatione celesti in contemplatione se cor  
pulare pponeret hūanū cōsortiū vel alterius viri maritali mi  
ro mōdo asperneret. et turturis more plauctū et gemitū dedit  
p̄ cantu et iubilo. Sicq; solitarias querēs latebras merori et  
deuotioi pgruas. precū frequēti instantia. cōfugit ad dñm. vñ  
sibi sp̄avit arilū affuturū. nō em̄ aliud optauit solatiū. sed cupi  
uit deserere om̄e qd̄ erat trāsitorium. Cūq; cognatorū mole  
stia de sc̄do cōiugio acceptando sensus suos conturbaret ⁊ pro  
dei volūtate cognoscenda feruenti⁹ oñonib⁹ insisteret. que diui  
no bñplacito suū p̄ferre nequaq; voluit audire p̄tinus meruit  
angelū dñi dicentem sibi Salve matrona. diuinam ergo te vo  
lūtate esse agnoscas. nec ambigas cū secunda sis ⁊ paritura di  
as adhuc iuueculas. pari nomine marias. de q̄bus celū exulta  
bit et seculū gaudebit. M̄res em̄ future sūt lūiarū m̄di et sc̄tōz  
plyriū aīab⁹ infinitis profuturum Sic ergo ne recalcitres. qui

B ij

*Cleophas frater Joseph  
nutricij dñi*

cognatorum in medio. quod primum secundo matrimonio consentias. Ad dum  
paranipho celi euanescente sanguineis indicasset. illi deo gra-  
ti atque gauisi tradiderunt Annam de genere suo David. viro nobili  
iusto et timorato cui nomen erat Cleophas. Hic autem frater Jos-  
eph sponsi virginis intemerate et filij dei nutrici Cleophas vero  
in sua puerlatioe admirabilis. irreprehensibilis puerlatus est in  
dilectione dei feruidus. in elemosinis largus. ac moribus propositus  
non cupiditate carnis illectus. sed posteritate sanctae legis coac-  
tione tractus Annam duxit in iugem. Cumque quaedam pacem suabit et amo-  
re in omni obsequia preceptorum dei dum vero puenientes plebe a deo pe-  
teret salubriter educanda Anna secundata et grauida filiam peperit  
Mariam vicem Cleophae. quam postmodum marito fuit tradita. cuius  
nomen alpheus extitit. qui pater fuit apostolorum electorum Jacobi  
minoris dicti frater domini. Symonis et iude. qui alio nomine Thadeus  
appellatus est. ac iusti ioseph. qui constitutus fuit cum Mathia qui soror  
apostolatus super Mathiam cecidit. et fuit de septuaginta discipulis  
vnius. Omnes huius domini comites et asseclae continui. In doro autem mater  
maria in euangelio de resurrectione dominica describitur Maria iaco-  
bi. vicem mater eius quibus tamen Alpheus vir eius. Cleophas quidem  
secundus coniunx Anne et auus horum quattuor fratrum et pater Ma-  
rie iacobi cothoralis Alpheus. non multis. annis superueniens post  
nata unica dum egrotaret. et domini vocatione ac sui corporis resolu-  
tionem diuinitus intelligens. se penitus in manus altissimi sponte resig-  
nauit Anna quippe posternata mente clamauit ad dominum cum gemitu  
lacrimosa dicens. O deus altissime cuius misericordie non est numerus  
quod in me tibi displicuit qui secundo iam me prius coniuge tanquam  
in omnibus desolata me velis deserere. Tua tamen in me semper volun-  
tas fiat. et quod amplius propter vtrumque salutem ac in sempiternum  
proficuum nullatenus ob nostra humane fragilitatis lamenta  
relinquat. Surgens vero Anna ab oratione venit ad egroti ob-  
sequium qui ait. Ego qui factus sum de limo terre. vitro fragili-  
or et corruptiois debitor profecturus sum ad patres meos. qui  
me relinquunt vires mee. ac corporis robor discedit a me. Ne  
contristeris domina mea tanquam soror in domino vnice dilecta filij sanctorum  
patrum sumus in resurrectione carnis creduli. noli diuine obsistere  
voluntati in cuius manu subsistemus. sed laudem deum altissimum  
cuius provisione sicut coniuncti sumus in terris. et in sempiternum copie-  
lemur in celis. Peregrini inquam sumus in hac valle miserie. fiat  
misericordia domini super nos. cui te chariter recomendo. et animam in sinum

Abrae deferendo cōmitto Quo facto dñi faciē vteret. ad paries  
tē trāquillo sine obdormiuit in pace. Qualiter beata Anna  
tercio viro tradita est. scz Salome ex qua terciā pepit matrem  
duorū aploz Jacobi maioris et Jobis euāgeliste et quō filias  
docuerat z de morte Salome. etiā q̄ die sit nata v̄ginis marie z  
matris puerpera et quo die mortua. Capitulū. viij.

**Q**uonia totius perfectio consistit in numero ternario. et  
Anna diuinit<sup>9</sup> b̄dicte celitus facta sit p̄missio. q̄ mater  
foret filiaz triū eodē nomine vocandarum. et a duobus viris  
duas pepisset naturali verecūdia mole p̄ssa. etiā verita est ho  
nestarū more feminaz de tercio viro cogitare. aut despōsationi  
vltiori h̄mones aduertere. Quapropt̄ cubiculū ingressa est  
pn̄e stimulis dedita. atqz p̄ ptinuas p̄ces in orōne dño p̄iuncta  
merore pleno se p̄stravit et cū suspirijs ad deum clamauit. O  
deus oīpotēs in cui<sup>9</sup> manu sunt oīa. cūcta subsistūt et p̄uide ho  
bernant. sine te nihil et nihil tibi impossibile. qui cuncta nosti  
fienda. Tu me rege. tu me dirige. tu mecū dispone. tu mihi spō  
sus esse dignare. Qd̄ ex me velis fiat ptinus. Te deū meū con  
fiteor trinū in p̄sonis et vnū in substantia. Tu duas mihi filias  
misericorditer cōdonasti. terciā mihi p̄misisti. tibi in sempiternū  
laus z b̄dictio. S; q̄a iudicia tua abūsa multa. ac virū ab  
stulisti. Egoqz ad dies longēue etatis multos puenio. statum  
meū in tua diuina dispositione cōmitto. fac qd̄ tibi placuerit  
Nihil enī abs tuo b̄n̄placito iam bis viduata concupisco. Sed  
te precor altissime deus vt mihi deserte subueniat dextera tua et  
mia. Nec mora. q̄a iuxta est dñs his q̄ inuocāt eū in v̄itate Ad  
est dei p̄anymphus ad eā missus celitus z inq̄t. Sicut deus in  
veritate trinus est in p̄sonis. Anna a deo benedicta. et vnus in  
esse. sic quēadmodū edocta es. triū filiarū mater eris honorā  
da et viris tribus. non igitur erubescas si deo iubente tercio  
nupseris. Ecce enī ex hoc b̄ndicent te oēs generatiōes. Erinde  
se deo recōmendans Anna cognatorum medio desponsata est  
marito tercio. cui nomē Salomas de stirpe sua David. Hic enī  
vere pacificus fuit iustus et p̄fectus in dei mandatis. Castiga  
uitqz sibi rigorose. corpus suū ieiunijs vigilijs et orōnibus ac  
etiā in elemosinis ad egenos et peregrinos largus tot<sup>9</sup> et dap  
lilis exemplū multorū ad similia prouocantiū. Quamobrē An  
na in dño confisa necnō mētis tranquillitati dedita ac deo gra  
ta. mox cōcepit pepitqz iuxta presagiū angelicū filia terciā noīe

B iij

Mariā. Nec quidem postmodū nubilis facta coniuncta est vi-  
ro sui generis Zebedeo. ex quo duos filios parturit. xp̄i apo-  
stolos Jacobū videlicet maiorē et Iohem euangelistā aposto-  
lum atq; xp̄i discipulū singularit̄ electū. cui in cruce v̄gini v̄rgo  
mater a dño in custodiā et matrē est recōmendata. Nec autē  
tercia Maria s̄m euāgelii de resurrectiōe dñica describit̄ ma-  
ria salome. scz ei⁹ filia. Salomas vero non multos agēs annos  
in matrimonio cū Anna beatissima iubente deo infirmatus. et  
patientie virtute p̄ditus confususq; in oipotēt̄ clementia sc̄to  
fine q̄enit in pace. Post cui⁹ decessum Anna iā expta de p̄mis-  
sionis veritate agere cepit que viduitatis sunt. et oib⁹ transito-  
rijs cōtēptis ac seculi illecebris. dūtarat que dei sunt corde su-  
cero cepit ruminare. et cōtēplacioni diuinorū se v̄dicare. Ob-  
tulit inq; semen sacrificium altissimo. et operā dedit corp⁹ suū  
castigando ac in seruitutē redigendo. Ita vt armonia debita  
sup carnē eius sp̄s in dño preualeret. Cuius quidē dñi exēplo  
sp̄s ad penalia promptus erat. licet caro fragilis rebellis et i-  
firma. P̄terea ne t̄pis momenta. de qb⁹ districta ratio noscīt  
reddenda. laberent̄ inane. cōditiōis horarū mancipare studuit  
laboribus oportunis. Normam sibi statuit vite cōmendandē  
circa dom⁹ regimen ac parentū honorē filiarum instructionē  
afflictorū consolationē et p̄e oib⁹ in penitentie sedulitatē diui-  
nū honorē. Docuit igitur sc̄tissimi Thobie senioris exemplo fi-  
lias suas in etate tenera deū timere. preces deuotiōe fundere  
societates noxias declinare. decalogi p̄cepta scire. et obserua-  
re. pro acceptis beneficijs nedum deo. sed et hoib⁹ beneficijs  
se grataz exhibere. et in cōpositiōe morum proficere. oia deu-  
tare. tempus fructuose exp̄dere. Deniq; sup oia in dei timore  
persistere Ipsa vero mater Anna sicut filias verbo docuit sic r  
exemplo bono preuenit. fecit enī qd̄ docuit virtuosa in cunctis  
opibus et patientissima in aduersis. Ipsa quidem licet t̄paliter  
desolata. tñ sperauit in deū instans obseruationibus et oratio-  
bus nocte et die Noctes crebras expendit cum lacrimis. nunc  
vigilauit nunc ad dñm in orōne clamauit. nunc corpus mace-  
rando ieiunauit. nūc pietatis obsequia miseris exhibuit. Sem-  
per aut̄ in dei laudibus se exercitauit. Ipsa demū Anna vene-  
ratione digna tanq; frugifer truncus a radice fructifera matre  
sua Emerētia. Palmites tres in mundum protulit marias vna  
de flos redolentissimus ex vna factus est totius hūani generis

damnati saluator pijsimus. Ex alijs autem duabus fraudes  
flores et germia. que redolere faciunt vniuersa. Non em̄ (vitate  
teste) pot̄ arbor bona fruct<sup>9</sup> malos facere fuit igit̄ Anna diua  
iā viduata sic om̄i v̄tute suffulta. scz vt supra exultationē hu  
manā ei<sup>9</sup> opa. puerfatio. ac. vita. multo plus viderentur ammi  
rāda q̄z imitāda. Nec mirū indubie cū a tpibus ade p̄thopla  
sti non est talis mulier inuēta quā sibi preeligeret altissim<sup>9</sup>. vt  
fieret auia filij sui verbi videlicet increati. atqz mater virginis  
genitricis in plenitudine tpis incarnati. Constat nempe mani  
feste. quantū vas electionis ip̄m p̄uisum a deo fuerit electū que  
mater genitricis dei a tota trinitate ab eterno credit̄ ordina  
ta. Hinc est vt per omnē vite sue decursum radix illa tantorum  
germinū et fructuū sp̄s sancti roze fuit semp irrigua. vt nō so  
lū in vita sc̄tissimozū operū extiterit actiua. verum; et ad finem  
vsqz diuinorū occultorū credita sit ineffabiliter contemplatiua  
Et qm̄ oīs consumationis vidi finem. teste p̄pheta. Om̄es qui  
dē morimur et quasi aqua gelabimur. nuncqz in eodē statu per  
manentes. Jam iā hec sc̄ta matrona multozū dierū sc̄tissimozū  
plena. penitencie afflicta virib<sup>9</sup> suis destituta cepit (vt fit) egro  
tare. cui filie sue charissime obsequiū pijsimū p̄stiterūt. et oēm  
curā atqz solitudinē cordialiter adhibuerunt Quis enim non  
credat tam venerabilē et percelebrē matronā que tantarū fili  
arū parens alma filijqz dei incarnati auia charissima extiterit  
appropinquante vite sue termino. angelicis diuinitus conso  
lationibus crebrius visitari: verū etiā a tota trinitate animam  
eius sanctissimam ab ergastulo corpis ad beatitudinē vocitari  
Quia vocitatione suauissima. hymnis celestib<sup>9</sup> et canticis cor  
pus suū egressa est aīa sanctissima septimo kalendas augusti  
tercia quidem feria ebdomade que nunc est in crastino sancti  
Jacobi maioris eius nepotis. sed quatto anno natiuitatis xp̄i  
non scriptū inueniri estimo. Tū ante passionem dñi vera et in  
dubitabili fide credit̄ ab hoc seculo migrasse. Absurdū em̄ cēt  
filias suas dño. vt testat̄ euāgelii. ministrare. et ip̄am Annā su  
perstitē. que naturaliter afficit̄ amore maiore. nepoti in tantis  
passionibus constituto aliquod solatium nō prestare. Nisi for  
san hoc tpe valde senio grauata. et suozū pedum officio extitisset  
priuata. Cui<sup>9</sup> nēpe vite preconiiū illustrat vniuersum mūdū  
eiusqz quottidiana et manifesta miracula cunctos cristianos  
alliciunt in ipsius deuotum obsequium. Quamobrem merito

festum ipsius dignis laudibus ab oibus predicat recolendum  
Propterea licet vbiq; et omni tpe invocata nouit succurrere. et  
dignat clemēter se colētes exaudire. tertijs tñ ferijs ipsius com  
memoratio studiosius est cristicolis obseruanda. fuit quidem  
tercia feria nata. tercia feria vginis dei matris diuinitus prede  
stinata puerpera ac terciā feria ab ergastulo corporis liberata.

Quatenus sancte Anne scandalosum aut verecundum non  
erat tercio nubere qd claret de quadā virgine. que iccirco mi  
rabilem visionē vidit in spiritu anteq; visa noluit beate Anne  
deuote seruire.

Capitulū octauū.

**A**Equo sathane nostre salutis emuli suggestionē. multos  
false suspicionis opinio decipit. neminē tempratio subris  
piat aut fantasia cōmoueat. venerandā hanc matronā sanctis  
simā tantoꝝ taliūq; germinū frondiū ac fructuū ingenuā ra  
dicē et plantulam tercio se nupsisse viro aut tres viros successi  
ue matrimonialiter accepisse. ac iccirco p̄ carnis petulātia. pre  
conijs tantis ac prerogatiuis non esse extollenda aut in dei ecc  
lesia tam solēniter festiuanda. De quo scriptū cōperimus qua  
tenus virgo quedā carne deo deuota. bte vginis et oibus denis  
q; sanctis. Quibus indices deuotionis suffragia exhibere con  
suevit. Que tñ bte anne nullatenus honorē impendere voluit.  
eo q; tribus viris tribus vicibus interpositis in cōiugio iūcta  
fuerat cū nihilominus mater p̄uisa fuit dei genitricis nec posse  
in viduitate psistere defuncto marito primo. quēadmodū vgo  
mater eius filia Ioseph mortuo. validū certe male consulta sus  
picata est argumentū scandalosum et inexcusabile vitium. tantā  
matronā post vnius viri sublatū cōsortium. requisuisse per or  
dinē ad hoc duozū cōnubiū. Virgo quidē dū in ea sententia te  
mere psisteret nec dyabolo ei; animū pulsanti resisteret. semel  
dū quieti lassā mēbra exponeret. visionē vidit intēpette noctis  
silētio tam oibus admirandā q; memoria dignam. Vidit inq;  
celestis regni militiam ingentē debita processione se honorifice  
pretereuntem. cetū vō apostolorū martirū confessorū virginū  
ac continentū. Quēq; vō scōꝝ scōꝝq; eam referēter contem  
plata est salutantē. ac caput nutu ducenti inclinantē. vnde max  
ima leticia cōsolationeq; recreata est. Post huius quidē cōcio  
nis abcessum vidit subsequētē turmā magnā p̄fulgentiū btoꝝ  
serus vtriusq;. In cuius medio p̄spicere merita est matronam  
miro mō redimitā speciosam et honesto incessu maturam. Itō



etiā vt pre ammiratiōe singularis decori in extasim veniret. eo  
q̄ tā illa forme precipue q̄s tota sua comitiua ineffabili gaudio  
plena dedignarent vel eā aspicere aut p̄pius accedere ac cum  
indignatione pretereūtes nullo solatio viderent ipsam refocil  
lare. Quapropter ad se mestior reuerfa cum eiulatu et suspirijs  
lamentabatur et inquit. Audi queso ⁊ subsiste paululum ⁊ tu  
pulcerrima feminarū. Audite precor oēs subsequentes. ne me  
dedignemini tanq̄s ignotā p̄terire. merear rogo de vestra pre  
sentia. quemadmodū precedentium gloria iocundari. Quales  
illi. et que vos. et que pre omnibus veneranda in medio vestri  
Obsecro amici dei et sponse christi. vt me ammirantē doceatis  
Ego dum propter instantiam precātis paulisper subsisterent  
r̄ndit vnus ex eis dicens. Qui primo te honorādo transierunt  
sunt de militia celesti. sc̄ti videlicet illi q̄s quottidie suffragijs  
tuis consueueras honorare. Ideo reuerentiā dignati sunt tibi  
exhibere. Nos aut̄ omēs q̄s cernis subsequētes sumus in ce  
lo b̄ti de stirpe Dauid. Ex qua quidem ipsa quā intueris in me  
dio omniū p̄cellere decore et gl̄ia. est mater nostra Anna sc̄tis  
sima cū tota sua genelogia quam quia tua temeritate venerat̄  
contemnis etiam ipsa vna nobiscum te pretereundo non ad  
uertimus. Tu tua seduceris opiniōe necnon falleris ab hoste  
tēptarēte maligno Si saluari cupis oportet Annā sanctissimā  
venerari. Quo audito illa suspirans inquit. Quō pre ceteri ho  
norarē quā noui triū maritorū cōiugē. nō est a seculo auditus  
f̄mo huiuscemōi. Si tanta dignitas qualē cerno in vidua triū  
maritorū quāta p̄fulgebit in virgine recusante connubiū quo  
rumcūq̄. Cui r̄ndit Anna ⁊ v̄go v̄go que gloriaris de carne  
incorrupta. bona fides tua sed parua deuotio virum in carne  
non petij. carnaliter viro conuiuere recusavi. nam virgo per  
manere p̄posui. sed legi coactiōe ac dei prouisione nupsi. et fru  
ctus salutis obtinui p̄ter beneplacitū altissimi nihil attēptavi.  
Erras errore magno. reuertere de cogitatu tuo maligno re  
uertere. Si voluntati diuinenō obtemperassem. hanc quā con  
templaris comitiuā sc̄tissimā ex me proditā in celo nō posside  
rem Errasti filia errasti. incedis p̄ deuia Audi t̄n me et inclina  
aurē tuā ad me. et obliuiscere malū qd̄ de me tua cōcepit anīa  
Nec mora v̄go corā Anna sc̄tissima p̄strata est. culpe supplex  
facta confessa est. emendam sponondit. et sic veniam obtinuit.  
et illico visio illa ab oculis virginis sublata est. Que quasi de

